MARCUS POLUS. IOHANNES PRESBYTER. LUDOLPHUS DE SUDHEIM
15. Jh. Seite 110r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=32474
Copyright: Schlierbach, Zisterzienserkloster





ricia Et omnibus ibidem venientibus quam diu ibidem ma
nere volunt omnia quibus ipsi met vtuntur tam pau
peri quam diuiti tam paruo quam magno gratis pro deo sim
pliciter et benigne tribuunt Et si aliquis ipsis vel vni
eorum munus offerre vult penitus respuunt et recu
sant Et si aliquis reciperet maxime penitus subiaceret
Item Peregrinis recedere volentibus vnicuique secundum di
etas panem et fabas et huiusmodi prout melius poterit
equaliter magno et paruo diuiti et pauperi quousque ad
habitacionem humanam peruenerint benignissime
gratis donant. Hii etiam monachi pre aliis festis festum
sancti Gregorii Pape in spirituali habent reuerencia nam ipsos
partibus quibus preerat ecclesie solis elemosinis de
thezauro ecclesie sustentauit et ibidem eos habita
re conformauit Et ex illo tempore vltra quadragenti
permanserunt quorum ante erant pauci Mons
Synay Super hoc monasterium eminet mons sy
nay qui per plures gradus vltra quam dici potest labo
riosissime ascenditur In summitate montis stat capel
la in loco quo deus helie prophete quod agis hic
helias fuit allocutus ut in libro regum legitur. Pape
hanc est alia capella in loco quo moysi lex erat
data et apparuit dei gloria ibidem quedam concauitas
in durissimo lapide adhuc apparet in qua ymago